

natos magis horrenda) merito supplicio sit affecti,  
 optimos viros nuncupat. Eviden sive porre,  
 cum tales homines styli suffragis ita exor-  
 net, præclarus ipse Censor & novis vocabulorum  
 interpretes, quos demum pessimos pronunciet?

Quæ hætenus retuli, ejusmodi sunt, ut nihil  
 adjici posse videatur. At Cicero nondum quies-  
 cit, sed ploris velis provocatur, tartum sibi licen-  
 tia arripit, ut Serenissimi Regis jus in Regnum  
 Scoticum in dubium vocet, Denique aperte dicat, se eum  
 Regem non agnoscere, inter Reges & Principes Chri-  
 stianos non esse numerandum, quin potius hereticum,  
 Apostatam, Tyrannum omni execratione dignum.

Quæ cum ita sint, ut commemoravi, equis tam ini-  
 quis, tam expertis humanitatis, qui hec et Serenis-  
 simum Regem nostrum jure commoveri? Reliquum  
 est, ut Serenitas Vestra eas partes suscipere  
 velit, quas prudentia & æquitas sua imponant  
 nempe eas, quas jus gentium, quas communis Prin-  
 cipum causa (quorum etiam Dignitatem divinam  
 humanarum leges sacrosanctam esse volent) quas  
 amicitie consanguinitatis & fraterni appellativis  
 vinculum populat. Regia Majestas Vestra per  
 literas datas 12<sup>mo</sup> Aprilis proxime elapsi cum  
 Serenissimo meo Rege exit, ut Legatos suos Pet-  
 rum ad Tractatum de controversiâ Suetbica Sa-  
 bendum mitteret, & præterea efficeret, ut reliqui des-  
 sent, qui ad hoc negotium suscipiendum tractandumq; perstiterat.  
 Ego